

In j. Vesperis Memoria Ss. Nerei, Achillei et Pancratii Martyrum.

Oratio.

**S**EMPER nos Dómine Mártyrum tuórum Nérei, Achillei, atque Pancrátii fóveat, quæsumus, beáta solémnitas ꝛ et tuo dignos reddat obséquo : Per.

DIE XIII. MAIL.

B. ALBERTI A BERGOMO CONF. ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

**D**EUS, qui in húmili vitæ génere beátum Albértum Confessórem tuum exímia sanctítate claréscere voluisti : fac nos ita ejus sectári vestígia ꝛ ut ássequi mereámur et præmia : Per.

DIE XIV. MAIL.

B. ÆGIDII CONFESSORIS ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

**M**ISERICORDIAM tuam Deus súpplīces implorámus : ut, sicut ea præveniēte beátum Ægídium in viam justítiae et sanctítatis redíre fecisti ꝛ ita nos e servitúte ac morte peccáti in perféctam transférās libertátem et vitam : Per.

DIE XV. MAIL.

IN CONVERSIONE S. AUGUSTINI E. C. ET ECCL. DOCT.

DUPLEX.


AD I. VESPERAS.

Omnia ut in Festo præcipuo S. Augustini, die xxviiij. Augusti, servato modo Festi Duplicis, præter Antiphonam ad Magnificat et Orationem.

Ad Magnif.

Ant.

ij. toni.



AUGU-STINI mater devo-tíssima,